UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen ...

... Quadragesimale, Das ist: Die heilige Char-Wochen ... Dritter Theil

Barcia y Zambrana, José de

Augspurg, 1719

Licentia Ordinarii Toletani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76494

Visual Library

res, demulcendo oculos, & animos invadendo. Ita & hìc, quod ingenioſum eſt, aures incurias eſſe non patitur, quod ſuave eſt adeò, oculos quodamodo excitat, ac oblectat; & rei gravitas animum urget, & occupat. Hi ergo tres effectus cùm hìc conjuncti ſint, deſideratum finem certè obtinent. Cæterum ſiquis eam, quam in dicendo fortè habet, amænitatem, & dulcedinem etiam calamo diffundere novit, id valde rarum eſt; cùm utique longè plures ſint, qui in dicendo prævalent. Quare ſi mihi liberum ſit, id, quod ſentio, pronuntiare, judicium meum encomium hoc eſto: *Ille liber eſt optimus*, inquit Eraſmus, *in quo & argumenti utilitas commendat eloquentiam & authoris facundia commendat argumentum.* Denique omnia bonis moribus ſunt conſona, omnia ad eruditionem utilia, omnia ad diſcendum ſecura. Ita ſentio ſalvo meliori &c. Toleti. 1. Septembris Anno 1687.

Doctor Don Alphonſus de Mena,
& Borja.

LICENTIA ORDINARII TOLETANI.

EGo Doctor D. Michael del Olmo Sanctæ Eccleſiæ Civitatis hujus Canonicus Regiminis Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Conſiliarius, Inquiſitor, & in dicta civitate, & Archiepiſcopatu Vicarius Generalis, præſentium tenore Licentiam do, ut imprimi poſſit Liber, cujus titulus: *Quadrageſima ſermonum Doctrinalium, tomus tertius:* Conſcriptus à Domino Doctore Don Joſepho de Barzia, & Zambrana Canonico præfatæ Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ: quia juxta præfixam cenſuram Domini Doctoris Don Alphonſi de Mena & Borja dictæ Eccleſiæ Canonici, & Pœnitentiarij nihil contra Sanctam fidem noſtram Catholicam, & bonos mores continet. Datum Toleti prima Septembris Anno Milleſimo Sexcenteſimo, Octogeſimo ſeptimo.

Doctor Michael del Olmo.

Ad ejus Mandatum.

Michael Garzia Paſtor
Notarius.